## *1459 September 18, Rom.* **Nr. 6014**

*NvK an die Prioren und Rat von Rieti. Er lobt das Auftreten des Gesandten der Stadt Rieti Niccolò ⟨Allegri⟩ sowie das Verhalten der Stadt im laufenden Streit mit der Stadt Terni. Er teilt ihnen mit, dass Francesco ⟨dal Legname⟩, B. von Ferrara, von Papst in ihre Region beordert sei. Er werde sich im Auftrag des NvK um den Streit kümmern.*

*Kopie (gleichzeitig):* Rieti, *StA, Archivio del Comune di Rieti, Riformanze 26 B f. 120*$^{r}$.
*Druck: Meuthen, Die letzten Jahre 204f. Nr. XLVI.*
*Erw.: Meuthen, Die letzten Jahre 43.*

Spectabiles viri, amici nostri carissimi. Post salutem. Eximius doctor dominus Nicolaus[1]) orator vester refert vobis, que in negotio vestro apud nos per eum sunt gesta maturitate et consilio, ut nobis videtur, singulari. Est enim vir propter prudentiam et modestiam suam mira diligentia ornatam dignus laude et commendatione, et nostrum propterea testimonium viri benemeriti de vobis et nobis gratissimi eidem libenter imprimis impertimus. Simili etiam modo obedientiam et promptitudinem vestram in mandatis per nos vobis factis observandis in domino plurimum commendamus et debita relatione ac predicatione, quando erimus cum s$^{mo}$ d. n.[2]), prepositis et officialibus, presertim r$^{do}$ in Christo patri d. F. episcopo Ferrariensi[3]), quem s$^{tas}$ sua, ut putamus plene vos nosse, in illis partibus cum amplissima potestate presidem fecit. Ipse in hac re efficiet, que fuerint necessaria omnia. Habet enim plenam potestatem, et mentem nostram plenissime habet cognitam. Valete. Ex Urbe in palatio apostolico die xviii septembris 1459.

*(Adresse über dem Text:)* Spectabilibus viris d. prioribus et consilio Reate amicis nostris carissimis. N. tituli sancti Petri ad vincula s. R. e. presbyter cardinalis, Urbis etc. legatus.

---

[1]) *Niccolò Allegri, Gesandter der Stadt Rieti zu NvK; s.o.* Nr. 6010.

[2]) *Die Abreise des NvK zum Papst nach Mantua war bereits mehrfach verschoben worden und stand nun unmittelbar bevor; s.u.* Nr. 6016.

[3]) *Francesco dal Legname, B. von Ferrara. Pius II. hatte ihn ins Hztm. Spoleto nach Montefalco beordert. Auf dem Rückweg sollte er den Streit der Kommunen Rieti und Terni um den Flussablauf bei den Marmore schlichten. Er hatte Rieti bereits am 15. September darüber informiert; Kopie:* Rieti, *StA, Archivio del Comune di Rieti, Riformanze 26 B f. 119*$^{v}$. *Vgl. Meuthen, Die letzten Jahre 204 Anm. 1.*

»Acta Cusana« Band III Lieferung 1 (978-3-7873-4141-2), Felix Meiner Verlag, Hamburg 2022.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.